

onē. Sacre religionis sub qua deuotū z sedulū exhibetis dño  
 famulatū pmeretur honestas vt illa vobis fauorabiliter con-  
 cedam⁹/p que statui z cōmodo vestri ordinis salubriter cōsula-  
 tur. Hinc est q nos vestris in hac parte supplicationib⁹ inclina-  
 ti/vt nulli quicūq; monasterijs/aut quibusuis alijs locis con-  
 uentualib⁹ dicti ordinis nūc vel p tempore p̄sidentes/vel illa  
 obtinētes monasteria vel loca hmōi/ vt ipsi inde alijs mona-  
 sterijs vel locis dicti vel alterius ordinis p̄ficiant/ vel de locis  
 ipsis eis p̄uideatur/ simpliciter vel ex causa permutationis di-  
 mittere z alijs p̄fici/ vel ea obtinere valeant/nisi sup hoc per  
 eos primitus petita z obtenta a capitulo generali/ z alias fm  
 statuta z ordinationes dicti ordinis/vel sede ap̄lica de p̄senti-  
 bus faciente specialē z exp̄ssam de verbo ad verbū mentionē/  
 licentia speciali/quouismodo valeāt/vobis auctoritate ap̄li-  
 ca de speciali gratia tenore p̄sentiū indulgemus. Pecernentes  
 ex nunc irritū z inane si secus sup his a quoquā quauis aucto-  
 ritate sciēter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo  
 oīno hominū liceat hanc paginā nostre cōcessionis z cōstituti-  
 onis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem  
 hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē omnipotētis dei/et  
 beatorum Petri z Pauli apostolorum eius se nouerit incurfu-  
 rum. Datum Constantie .v. Idus Decembris. Pontificatus  
 nostri Anno primo.

**I**ste p̄tifer cōcessit ordini q cōseruatores z eorum executo-  
 res/ac notarij z tabelliones possunt exequi litteras apostoli-  
 cas/z suam iurisdictionē absq; litteris de vidimus/seu placet/  
 p episcopos seu eorū officiales dandas. Et hanc p̄uisionē con-  
 firmat dñs Eugenius papa. iij. vide suo loco.

**D**ecretū concilii Basiliē. **D**e p̄uisiones  
 pastorū in ecclesijs cathedralib⁹ mona-  
 sterijs z ecclesijs collegiatis/ac dignitati-

bus electiuis solū fiant p electionē colle-  
giorum z cōuentuū/scdm iuris dispositi-  
nem/que saltē in nonnullis religionibus  
necessario requirit p̄sentiā superioris fi-  
ant reservationibus cessantib⁹. Et ibi de  
cerimoniis obseruandis in electionibus  
faciendis.



**Sacro sancta** Generalis syno-  
dus Basiliē in

spiritu sancto legitime cōgregata vniuersa-  
lem ecclesiā reṑsentiā. Ad p̄petuā rei me-  
moriā. Sicut in cōstruenda domo precipua  
est architectoris cura vt tale iaceat funda-  
mentum sup quo firmū pduret edificium.

Ita in generali ecclesie reformatiōe potissimū est hui⁹ sancte  
synodi studiū/vt tales ecclesijs p̄ficiātur pastores qui tanq̄ co-  
lumne z bases ipsam ecclesiā doctrine ac meritoꝝ viribus fir-  
miter subsistent/quāta autē in eligendis p̄latis diligentia adhi-  
benda sit officii eis iniunctū euidenter ostēdit. Ad regimē em̄  
assumunt animarū p quibus dñs noster Iesus ch̄rist⁹ mortu⁹  
est/z sanguis ei⁹ p̄ciosus effusus. Propterea sacri canones spi-  
ritu dei pmulgati, p̄uide statuerūt/vt vnaquaq; ecclesia ac col-  
legium seu cōuentus sibi p̄latū eligant/quib⁹ hec sancta Sy-  
nodus eodē spiritu cōgregata inherens statuit z diffinit gene-  
ralē reservationē omniū ecclesiarū metropolitanarū/cathedra-  
liū/collegiatarū/ z monasterioꝝ/ac dignitatū electiuarū per  
Romanū pontificē de cetero fieri aut facta vti nō debere reser-  
uationib⁹ in corpore iuris clausis/z his quas in terris Romani  
ecclesie ratione directi seu vtilis domini mediate vel imedia-  
te subiectis fieri p̄tigerit semp exceptis/sed quod p electiones  
ac cōfirmationes canonicas fm iuris cōmunis dispositionem

p̄dictis **A**retropolitani/cathedralib<sup>9</sup>/monasterijs/7 collegiat<sup>9</sup>  
 ecclesijs/ac dignitatib<sup>9</sup> electiuis vacantib<sup>9</sup> debite p̄uideat/nō  
 derogando p̄pterea statutis/p̄uilegijs 7 cōsuetudinib<sup>9</sup> ratio-  
 nabilib<sup>9</sup> q̄buscūq; postulationibus in dispositione iuris com-  
 munis remanētib<sup>9</sup>/decernitq; hec sancta synodus rationi fo-  
 re cōsentaneū 7 reipublice accōmodū/vt cōtra hoc salutare de-  
 cretū Roman<sup>9</sup> pontifex nihil attēpret/nisi ex magna rationa-  
 bili 7 euidēti causa in litteris ap̄licis nominatim expr̄imenda.  
**E**t vt eo firmitus hoc salubre decretū custodiāt/vult eadē sanc-  
 ta synodus vt inter alia que Roman<sup>9</sup> pontifex in sua assump-  
 tione p̄fitebit̄ iuret decretū hoc inuolabiliter obseruare. **E**t  
 qm̄ tales vt p̄dictū est oportet esse p̄latos hi ad q̄s ius p̄tinet  
 eligēdi oēm curā adhibeāt/vt dignā corā deo 7 hoib<sup>9</sup> electi-  
 onē faciāt/exactāq; p̄uide apponant sollicitudinē vt tales eli-  
 gāt q̄ tanto officio valeāt satisfacere. **S**ciētes qđ si dolose vel  
 negligēter ac timore dñi postposito i re tā graui se gesserint/si-  
 cut auctores erūt 7 causa maloz pastoz ita participes fient pe-  
 narū quas ipsi mali pastores in districto dei iudicio patient/ 7  
 cū hūane fragilitatis conat<sup>9</sup> nihil sine omnipotētis dei suffra-  
 gio queat efficere a quo omne datū optimū/7 omne donū p̄fe-  
 ctū descēdit adueniēte die electiōis hi ad q̄s p̄ntificis vel ab-  
 batis spectat electio in ecclesia pueniāt magna cū deuotione  
 missā de spiritusctō audituri/quē hūiliter exorabūt vt eos ad  
 dignū eligendū pastore inspirare dignet̄/7 vt eo facili<sup>9</sup> gratiā  
 hanc obtinere mereant̄/quo deuoti<sup>9</sup> ad actum electionis acce-  
 dent p̄riti 7 p̄fessi sacramētū eucaristię reuerēter suscipiēt. **A**d  
 locū vero electiōis ingressi p̄ quocūq; p̄lato qui p̄ electionē as-  
 sumūtur iurabūt in manu ei<sup>9</sup> qui cap̄lo p̄sidebit/7 ipse p̄sides  
 in manib<sup>9</sup> eū imediate sequēt̄ sub hac forma. **E**go. **N**. iuro et  
 p̄mitto oīpotēti deo 7 tali sancto/vel sancte sub cui<sup>9</sup> vocabu-  
 lo dedicata est ecclesia/eū eligere quē credā futurū ecclie in spi-  
 ritualib<sup>9</sup> 7 tēporalib<sup>9</sup> vtiliorē/nec illi vocē dare quē verissimilit̄  
 sciuro p̄missione aut datiōe alicui<sup>9</sup> rei tēporalis/seu prece/p̄  
 se aut aliū interposita/aut alias qualitercūq; directe vel indi-  
 recte p̄ se electionē p̄curare. **I**dē iuramentū prestat cōfiteatq;

et comunicet / qui constituit procuratorē ad eligendū certā psonā /  
 necnō procurator generaliter ad eligendū cōstitutus in casibus  
 in quib⁹ fm iuris cōmunis dispositionē in hmōi electionis ne-  
 gocio procurator constitui potest / quod etiā iuramentū p̄stet ab  
 his in quos cōtinget sup electione futuri prelati fieri cōpromis-  
 sum / qui etiā cōfiteri et cōmunicare teneant / qd si predicta non  
 fecerint p illa vice eligendi sint ipso iure ptate priuati. Deinde  
 eligāt in p̄fatu prelatū virū etatis legitime / moribus grauē /  
 litterarū scientiā p̄ditū / in sacris ordinibus cōstitutū / et alias  
 idoneū fm canonicas sanctiones. **Qd** si aliter et de alia psona  
 quā vt p̄dictū est / aut p symoniacā prauitatē electionē fieri cō-  
 tingerit electio sit ipso iure irrita et inanis / et sic symoniace eligē-  
 tes preter alias penas p̄petuo sint ipso facto iure eligēdi p̄ua-  
 ti / alij vero canonicis penis subiaceāt / symoniaci aut electi et q  
 hmōi symoniace electionis participes fuerint taliterq eligē-  
 tes et p̄firmati in horrore tanti criminis / penā ipso facto excōis.  
 incurrāt / nec a tali reatu et excōicatione electi et cōfirmati absol-  
 ui possint / nisi ecclesijs et dignitatibus ad quas turpiter assump-  
 ti sunt libere resignauerint / et ad eas obtinēdas quas nefario  
 ingressu adepti sunt p̄petuo reddant inhabiles. **Ad** tollendū  
 autē omnē ambitionis radicem obsecrat p viscera misericōdie Je-  
 su christi hec sancta synodus ac instātissime exhortat reges / et  
 principes / cōmunitates / et alios cuiuscūq gradus et dignitatis  
 existant ecclesiastice vel mūdane / ne electorib⁹ litteras scribāt /  
 aut preces porrigāt p eo q p se v̄l aliū tales preces seu litteras  
 procurabit / multoq minus cōminationes / imp̄ssiones / aut ali-  
 ud faciant quominus libere ad electionē p̄cedatur / similiter in  
 virtute sancte obediētie ipsis electorib⁹ p̄cipitur ne ad hmōi lit-  
 teras / vel preces / cōminationes / vel imp̄ssiones vt p̄mittitur  
 quinquā eligere p̄sumant. **Facta** aut electione et ei ad quē ius  
 p̄tinet cōfirmādi p̄sentata si appareat coelect⁹ / vel se opponēs  
 electioni nominatim voce ad videndū discuti electionis ne-  
 gociū / et nihilomin⁹ generaliter edictū publicū in ecclesia in qua  
 facta est electio pponat iuxta p̄stitutionē felicis recordationis  
**Bonifatij** pape. viij. **Cōparētib⁹** aut aliquib⁹ / vel nō / nihilo

minus ipse confirmator ex officio tanquam in negotio inquisitionis  
 procedat/omne adhibetur diligentiam/ut tamen forma electionis quam  
 merita electi et omnes circumstantie debite examinentur et discutiantur/  
 et si electio confirmanda sit vel informanda iudicialiter confirmetur  
 vel infirmetur. **Et** ut omnia munde et sine labe ac labis suspitione  
 procedant/non solum exigere aliquid quantumcumque paruum/sed etiam  
 gratis oblata confirmatorum ratione confirmationis sub nomine  
 subiectionis/subsidij/gratitudinis/aut alio colore pretextu  
 cuiusvis consuetudinis/aut privilegij pro se vel alium recipere presumat.  
**Notarij** autem et his qui scripserunt in huiusmodi causis emolumentum  
 aliquod moderatum taxet/habendo respectum ad laborem et opera  
 scripture/non ad fructum prelatore valorum. **Si** vero confirmatores  
 predicti/electiones non servatis superius ordinatis/et de personis  
 non idoneis ut permittit factas/vel alias per symoniacam pravitate  
 confirmaverint/et ipso confirmatione huiusmodi sint nulle. **Con-**  
**firmantes** autem alias personas quam supradictum est pro ea vice per symo-  
 niacam autem labem perpetuo ipso facto iure confirmandi sint privati.  
**Et** nihilominus propter dictam symoniacam labem si eas commiserint etiam  
 sententiam excommunicationis incurrant et ipso. **Qua** nisi per Romanum  
 pontificem/preterquam in mortis articulo absolutiois beneficium  
 obtinere non possint/Simum vero pontificem hec sancta synodus  
 exhortat ut cum speculum et norma omnis sanctitatis et iudicis  
 esse debeat/pro confirmatione earum electionum quas ad eum  
 deferre contingerit nihil penitus exigat aut recipiat. **Alioquin**  
 si secus faciendum notorie et incorrigibiliter ex hoc ecclesia scandalizet  
 futuro concilio deferatur. **Pro** oneribus autem que ipsum pro regimine  
 universalis ecclesie subire oportet/pro sustentatione sancte Romane  
 ecclesie/cardinalium/et aliorum necessariorum officialium/hoc sacrum  
 concilium ante sui dissolutionem omnino debite et congruenter  
 provideat/quod si contingat aliquam circa hoc provisionem non facere pro  
 hoc eadem sancta synodus non intendit in aliquo preiudicare sancte  
 Romane et universali ecclesie/nec alteri cuiquam. **Datum** Basilee  
 in Sessione publica solenniter celebrata in maiori ecclesia. iij. Idus  
 Julij. Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo  
 tricesimo tertio.

**H**ec sacrosancta synodus Basiliensis confirmat de verbo ad verbum priuilegiū dñi Bonifatij pape. viij. Et psonis ordinis non licet appellare/ vide vbi Bonifatij. viij.

**S**imiliter cōfirmat de verbo ad verbum priuilegiū dñi Johānis pape. xxiij/ et illud inouat quōd incipit Illa quę p statu vbi pfirmat cōseruatoria pcessa ordini p dominū Clementē papam. v. que incipit. Et si quibuslibet.

**C**ōfirmatio oīm libertatū gratiarū imunitatū progatiuarū p̄suetudinū laudabiliū et p̄scriptarū indulgentiarū/ priuilegioꝝ/ et indultoꝝ a Romanis p̄tificib⁹ p aplīcas/ aut alias quascūq; lras/ necnō libertatū et cōsuetudinū laudabiliū exemptionū/ et saluagardiarū seculariū exactionū/ a quibuscūq; regib⁹/ vel christifidelib⁹ ordini et monasterijs concessarū.



**S**acrosancta Generalis synodus Basiliensis in spūsancto legitime cōgregata vniuersalē ecclesiā representans. Dilectis ecclesie filijs abbati Cistercij/ eiusq; coabbatib⁹ et cōuentibus ac monasterijs vniuersis ordinis Cistercij. Salutē et oīpotētis dei benedictionē. Quā a nobis petitur quōd iustū est et honestū tā vigor equitatis quā ordo erigit rationis/ vt id p ministeriū nostrū quo vniuersali ecclesie afficimur ad debitū pducatur effectum. Sane p parte vestra nobis hūiliter supplicatū fuit quaten⁹ vobis et ecclesijs ac monasterijs vestris sup priuilegijs/ indulgētijs/ bonis/ libertatib⁹/ im-

munitatibus/cōsuetudinib⁹ honestis ⁊ p̄scriptis dudū vobis  
 cōcessis/vt illibata p̄maneāt robur nostre p̄firmatiōis ⁊ reno-  
 uationis adūcere de benignitate nostra dignaremur. Nos igitur  
 qui p̄ tuitione ⁊ defensione ecclesiarū bonorū ⁊ cōsuetudi-  
 nū p̄scriptarū ac p̄sonarū ecclesiasticarū feruētē laboram⁹ hu-  
 iusmodi supplicationib⁹ inclinati/ omnes libertates/ gratias/  
 imunitates/ p̄rogatiuas/ cōsuetudines laudabiles ⁊ p̄scriptas  
 indulgētias/ bona/ priuilegia ⁊ indulta a Romanis pontifici-  
 bus p̄ aplicas aut alias quascūq; litteras vobis ⁊ ecclesijs ac  
 monasterijs vestris p̄dictis concessas ⁊ cōcessa/ necnō liberta-  
 tes ⁊ cōsuetudines laudabiles/ exēptiones ⁊ saluagardias se-  
 culariū exactionū a quibuscūq; diuis impatorib⁹/ regib⁹/ prin-  
 cipibus/ vel alijs christifidelibus vobis ⁊ eisdē v̄ris ecclesijs ac  
 monasterijs indultas datas ⁊ p̄cessas tenores oim habētes p̄-  
 sentib⁹ p̄ exp̄ssis sicut ea iuste ⁊ pacifice possidetis vobis ⁊ eis-  
 dē v̄ris ecclesijs ac monasterijs auctē nostra p̄firmam⁹/ illasq;  
 ⁊ ea renouam⁹ ⁊ p̄sentis scripti patrociniō cōmunim⁹. Nulli ḡ  
 oīno hoīm liceat hanc paginā n̄re cōfirmationis/ renouatōis/  
 ⁊ cōmunitiōis infringere/ vel ei ausu temerario p̄raire. Si q̄s  
 aut hoc attēptare p̄sumpserit/ indignationē oīpotentis dei/ ⁊  
 vniuersalis ecclesie se nouerit incursum. Datū Basilee. x. kl.  
 Martij. Anno a Natīuitate dñi M. cccc. xxxv.

**C**ōfirmatio decreti irrefragabilis domi-  
 ni Martini pape. v. Ne aliq̄ ordīs n̄ri p̄-  
 fessi/ etiā p̄textu q̄rūcūq; l̄rarū sedis apli-  
 ce vel legatozū ei⁹/ aut q̄ vi alia rōe ad ali-  
 quē aliū ordinē p̄ter cartusienē sine sp̄alis  
 capli generalis v̄l abbatis cistercij licētia  
 ⁊ cōsensu trāseant/ aut eoz abbatēs hmōi  
 licentiam dare p̄sumant.



## Acrosancta Generalis synodus Basiliensis in

spūsancto legitime cōgregata vniuersalē ecclēsiā rēp̄sentans. Ad perpetuā rei memoriā. Dilectis ecclēsiē filijs Cisterciēsi Babilonēsi diocēsis/ceterisq; monasterioꝝ ⁊ locorū cisterciēsi ordinis abbatib⁹ ⁊ cōuentibus Salutem ⁊ omnipotētis dei benedictionē.

Sincere deuotionis affectus quē ad vniuersalē ecclēsiā in vniuersa dñi etiā nobiscū laborantes geritis nō indigne meretur vt petitionib⁹ vestris in his p̄sertim p̄ que iura ⁊ libertates vestre vttilius p̄seruent fauorabiliter ānuam⁹. Sane p̄ parte v̄sa nob̄ fuit hūiliter supplicatū/ vt l̄ras felicis recordatiōis Martinī pape. v. quarū tenorē de verbo ad verbū presentib⁹ inseri fecimus cū ille ex accidente casu fortuito in parte destructe nō scātur innouare dignaremur. Quarū quidā litterarū tenor talis est. **Martinus** Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Ad perpetuā rei memoriā. Experientia ipsa docet quod cū qui ea vocatiōe qua sunt vocati nō contenti/priore vocatiōe derelicta se in vocatiōes recipiūt alienas/nunquā vel raro fructum bonū afferunt/qui potius tam his quos reliquerunt quā illis quib⁹ vltimo adheferunt multiplices causas magni scandali ⁊ opprobrii subministrant/ ⁊ p̄pterea/ac affectione ⁊ deuotione precipuis quas ad ordinē Cisterciēsi gerimus merito inducimur vt quieti dilectorum filioꝝ Cisterciēsi Babilonēsi diocē/ ⁊ alioꝝ eiusdē ordinis monasterioꝝ abbatū ⁊ conuentuū consulam⁹ ⁊ scandalis tam eorū q̄ alioꝝ religiosorum quātū cum deo possumus occurramus. Sane sicut nuper ex relatione p̄ parte dilectorū abbatū ⁊ conuentuū coram nobis deducta cū nō parua mentis displicentia accepimus/nōnulli dicti ordinis professores/vel vt sic debite obedientie iugū euadant/vel laxius viuere valeant/frugis vite melioris/aut alijs prima facie honestis apparentibus causis p̄tensis/de dicto ordine etiā pretextu litterarū sedis aplice seu legatorū eius super hoc impetratarū/aut alias temere put hoc cautelossus colorare possunt/ad alios oz



dines se transferūt / et plerūq; in hmoi alijs ordinib; parrochia  
 liū ecclesiarū / aut alioꝝ beneficiorū ecclesiasticorū magis ping  
 uū quā in ipso Cisterciēn ordine habere possunt regimina p  
 curant / interdū vero bona mobilia monasterioꝝ a quib; rece  
 dunt secū furtim asportant / et vt plurimū vitā ducunt dissolu  
 tā / in graue aiarum suarū piculū / diuine maiestatis offensam /  
 et hmoi ordinū oprobriū / necnon dānū et scandalū plurimoz.  
**N**os igit p debito officij pastoralis nobis diuinit; iniuncti su  
 per his salubriter puidere volētes / auctoritate aplice presenti  
 ppetua et irrefragabili cōstitutione phibemus ne aliquis dicti  
 cisterciēn ordinis pfessor / etiā p̄textu quarūcūq; litterarū p̄dic  
 te sedis seu legatoꝝ eius / aut alias quouis q̄sito colore / ad ali  
 quē aliū ordinē / fratru cartusienē ordine dūtaxat excepto / sine  
 spāli generalis capli dicti ordinis / vel abbatis cisterciēn p tpe  
 existētis licentia et cōsensu / nisi ex legitima et iusta causa coram  
 ipso abbate vel generali pcuratore dicti ordinis in Romani cu  
 ria p tpe existente sufficiēter pbata / ac legitima et iusta repta /  
 transire quoquō p̄sumat. Transgressores em̄ p̄hibitionis hmoi  
 ad quecūq; officia et beneficia ecclesiastica tam p̄dicti cisterciēn  
 q̄ alterius ordinis ad quem se trāstulerint inhabiles esse / pla  
 tosq; et cōuentus monasterioꝝ et aliorum locoꝝ ad quos pro  
 fessores ipsi se transtulerint et recepti fuerint ad restitutionē et  
 satisfactiōē omniū damnorū et interesse que dicit; ordo cister  
 ciēn ex transitu pfessorū hmoi ad alios ordines incurrerit ob  
 ligatos ac astrictos esse volumus et decernim; p̄ p̄sentes / cōsti  
 tutionibus aplicis ac statutis et cōsuetudinib; monasterioꝝ et  
 ordini p̄dictoz / et alijs cōtrarijs nō obstātib; quibuscūq;. **N**ul  
 li gōino hoim liceat hanc paginā nostre p̄hibitionis / volūta  
 tis / et cōstitutionis infringere / vel ei ausu temerario contraire.  
**S**i quis autē hoc attemptare p̄sumperit / indignationē oīpe  
 tentis dei / et beatorū Petri et Pauli aploꝝ ei; se nouerit incur  
 surū. **D**atū Constantie Idus Ianuarij. Pontificatus nostri  
**A**nno primo. **N**os igitur huiusmodi supplicationibus incli  
 nati prefatas litteras auctoritate vniuersalis ecclie inouam;  
 volētes et auctē vniuersalis ecclie decernentes qđ tenori hmoi

vbicunq; exhibitus fuerit vel ostensus in omnib<sup>9</sup> stetur firmi-  
 ter/ z adhibeatur plena fides sicut eisdem litteris originalibus  
 adhiberet si forent exhibite vel ostense. Per hoc autē nullum  
 vobis de nouo ius acquiri volumus/ sed antiquū dumtaxat si  
 quod sit conseruari. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc pa-  
 ginā nostrē innouationis/ volūtatis/ cōstitutionis infringe-  
 re/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attempta-  
 re presumpserit/ indignacionē omnipotentis dei/ z vniuersalis  
 ecclesie se nouerit incursum. Datum Basilee. xj. kl. Aprilis.  
 Anno a Natiuitate dñi M. cccc. xxxvij.

**I**n his tēporib<sup>9</sup> inter alias ordinis plagas quidā frater **A**bar-  
 tinus de ordine sancti **H**ieronymi in **H**yspania surrexit/ qui mi-  
 rabiles nouitates cōtra ordinis formā introduxit/ puta q<sup>d</sup> ab-  
 bates essent annales/ biennales/ z triennales/ q<sup>d</sup> illi de eoz cō-  
 gregatiōe/ celebrarent capitulū generale z nulli de ordine/ nisi  
 abbati cistercij obedirent/ cui fauebāt **H**yspani in curia/ adhe-  
 rentes dño **E**ugenio pape/ iiii/ qui tunc magnū portum habe-  
 bat/ z illis similiter aurem dabat/ mirabilesq; lras aplicas illis  
 de illa secta expediri faciebat/ z in monasterio mōtissyon prin-  
 cipaliter suas nouitates exequabant/ cōtra quos sancta syno-  
 dus optimā dedit puisionē/ deinde ipse **E**ugenius factus papa  
 iiii. postmodū **N**icolaus. v. deinde **C**alixtus. iij. secuti sūt cas-  
 sando z reuocādo oēs z singulas hmoi eoz impetratiōes/ que  
 ppter nimīā plixitatē non inserunt/ sed in archiuis cistercij cū  
 alijs multis custodiuntur.

**E**t istos postmodū imitati sunt religiosi de **C**arualle **A**bedi-  
 olanē/ z de **S**eptimo iuxta **F**lorentiā qui cōgregatiōes volū-  
 tarias facere nisi sunt/ se reformatos z obseruātes noiātes/ et  
 suis factionibus multos sibi incuria procurantes/ sed cunctas  
 eoz impetrationes post maximos labores ordinis cassauit/ z  
 reuocauit domin<sup>9</sup> **I**nnocētius papa. viij. verus ordinis ama-  
 tor/ vt patet per bullā suam super hoc expeditā que in **C**ister-  
 cio similiter cōseruatur.